



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Considerationes antemeridianæ: ex eodem Ioan. Gersen.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

ne deformem, horror est intolerabilis, si te non video, mors est inevitabilis Ah! plange igitur, quia te plangunt lacrymæ, imò sanguineæ guttæ Christi.

Et num erit possibile, ut præ confusione & erubescentiâ sceditatis tuæ non semper deinceps incedas inclinato capite, & defixis in terram oculis, ac dicas? ô Domine! non sum digna ego peccatrix, levare oculos ad cælum; sed parce mihi, & propitius esto secundum magnam misericordiam tuam &c.

CONSIDERATIO I. ANTEMERIDIANA.

De insania Peccatoris.

Insani, & infideles corde, qui tam profundè in peccatis jacent, ut nil nisi carnalia sapiant! sed vix non cognoscentibus suam miseriam: & ampliùs vix illis, qui diligunt hanc miseriam, & corruptibilem vitam; miseri adhuc in fine graviter sentient.

Genf. l. 1. c. 22. n. 4. n. 2. Insania peccatoris.

CONSID. II.

De Miseria, & Inconstantia peccatoris.

Miser es, ubicunque fueris, & quocunque te verteris, nisi ad Deum te convertas: & verè magna miseria est, quia fragilitas tua semper prona est ad vitia.

Idem lo. cit. n. 1. 2. 6. Eiusdem inconstantia,



die confiteris peccata tua, & cras iterum  
perpetras confessa. Nunc proponis cavere,  
& post horam agis, quasi nihil proposuisses.

## DIGRESSIO IV.

De infinito damno, & inexpiable  
gravitate peccati.

THEOPHOBVS.

(I.)

**A**D cognoscendum plenissime  
randum peccatricis animæ naufragium,  
statum, conditionem, & iacturam:  
nonnulla de inestimabili damno  
& gravitate peccati Corollaria loci  
presentis Digressionis subnectam. De  
vinitus de gratiâ sanctificante, & anima  
hominis scripsere duo magni Ecclesie  
Patres, Augustinus & Chrysostomus,  
iste quidem his verbis. *Quod anima  
corpori, hoc est animæ, Christi gratia,  
sine anima corpus non vivit, nec  
vit anima sine gratia.* Alter vero, sicut  
ma, inquit, decus facit in corpore,  
Deus in anima mediante gratiâ. Imo  
ginemini Vobis omnes in sacris Scripturis  
pulchritudine celeberrimum sceminarum  
(uti Saræ, Rachelis, Esther, Iudithæ,  
Abigail, Abisag, Susannæ; omniumque  
profanis scriptoribus nominatissimum

Gratia sancti-  
ficat. est a-  
nimæ vita.

Serm. x 6.

S. Aug. in  
Joan.

Œminæ  
pulchritu-  
dine cele-  
bres.